



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Examen Theologiæ Moralis**

**Moure, Antonio Fernandes de**

**Coloniæ Agrippinæ**

Autor ad librum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40934**

cum mortuis 24. qu. 2. can. sane 1. & cap. Sacram. de sepul.  
 Hinc manifesto inferitur, quam sine ratione negatur sepul-  
 tura excommunicato minori excommunicatione.  
 Summa confess. lib. 3. tit. 17. qu. 3. Sylu. sepul. ad nu. 9. §. 1.  
 Quam quidem iure optimo illi concedunt Innocentius  
 sacris. de sepul. & Armil. ver. sepul. num. 16. cum reliquis.  
 Duodecimo. Interdictus publice denunciatus, ca. In nota  
 de sepul. Extravag. Ad vitand. scand. Qui ex malicia leu-  
 in anno non est confessus, vel Eucharistiam non sumpt  
 in Paschate. cap. Omnis de poen. & remissi. Decimotertio. Pu-  
 blicus Ecclesia spoliator, vel incendiarius. Ratio est, quia  
 in eo, quo quis deliquit, in eo puniatur, necesse est. cap.  
 Quod à viro. 12. quest. 2. Notat Gloss. cap. Neque apud 88. de  
 Decimoquarto. Religiosus, qui post mortem probatur  
 proprietarius ex inuento proprio peculio. cap. Super quada.  
 de statu Monach. Conc. Trid. sessi. 25. cap. 2. de reform. regul.  
 Decimoquinto. Laicus negans, & retinens inulte decimas  
 Ecclesiae. ca. Prohibemus. de decim. Decimo sexto. Quis tor-  
 neamentis mortuus est, vel in ijs mortale vulnus accepit,  
 ob quod mortuus est ca. 1. de torneamentis. Ita Summa co-  
 fess. & Maiolus citati cum Hostiens. in Rubric. De tornea-  
 mentis. Quod adeo verum est, ut illi negetur sepultura,  
 licet confessus fuerit, & Eucharistiam sumptit ante  
 mortem. Notat ex cit. cap. & Doctoribus. Vitald. tit. de  
 interdicto §. 2. num. 23. Quæ determinatio Ecclesie facta  
 est ad terrorem aliorum.

F I N I S.

Laus Deo, & Beatissimæ Dei Genitrici.

Autor ad librum.

**P**rodus in lucem sub luce nascentis aurora primus mei in-  
 ny fetus, diuino fato, æternis auspicijs, non consulto, non  
 cogitato. Nasceris mundo, nascente orbi. Mulier aucta  
 sole, lunam sub pedibus habente, stellis pro corona duodecim mi-  
 cante, Virgine, inquam, Dei genitrice, cuius hodiernus natalis  
 dicatus est dies. iò. triumphe, iò triumphe: spero fore, ut quasi  
 lux splendescere procedas, & crescas: usq; ad perfectum diem.

I N D E X